Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria in universam artis logicam - Cod. Ettenheim-Münster 277

[S.l.], [17. Jahrh.]

Commentaria in libros cathegorarium Aristotelis

urn:nbn:de:bsz:31-129937

Visual Library

COMMENTARIA
In Libros Cathegoriarum Aristotelis.
PROOEMIUM BREVE.

Expeditis e verbis q̄ ad intelligendum p̄sentem tractatum Cathegoriarum
cum p̄dicamentorum nr̄ia erant q̄ restat ut de ipsis agamus. Caeterum
antequam hoc fiat prius aliq̄ q̄si prolegomina traxit proponemus Et. In p̄is
Qritz hic q̄snam sit auctor huius op̄is de p̄dicamentis, res n. haec nit
aliqs dub ē sed cōis iam opinio optinuit Arlem cē h. op̄is inventorem
ut ait Caut in proemio h. libri nec rāe destituta ē haec cōis opinio q̄a ut
ait Boetius hic tractatus multum redolet stylus Aristotelicus sibiq̄ ymplerimum
similis ē Arlis unde n̄ audiendi st illi q̄ Archytam Tarentinum h. op̄is
Auctorem constituit et q̄a Arlis hic mentio facta dicemus aliq̄ de vita
eius dicere Fuit ig̃s Arlis natione Macedo, Patria Stagyrites. Post
habitam q̄m post aliqs annos infelici tū marte se exercuerat Socrati
disciplinae se tradidit eiq̄ p̄ triennium op̄am dedit. Socrate v. mortuo
Platonis Academiam intravit cumq̄ p̄ 20 annos docentem avidissime au-
divit. Post hoc tp̄us spatium iam doctrinae et virtutum fama factae
celebris a Phylippo. O Ens Entium miserere mei
Fuit Arlis ingenio plane divino in q̄ ut ait Alb. Magnus nāe totum
q̄d potuit ostendit eius ingenii subtilitatem acumen et fabricatum admiratus
Plato cum solebat vocare Mentem et phylosophorum verbis nam si forte cum
a Gymnasio abeē contigisset statim subclamabat Plato ubi ē mens et verbis
phylosophorum? q̄d certe n̄ ē exiguum p̄ceptoris p̄conium. Fuit m̄ p̄t doctrinā
bonis moribus et virtutibus ornatus q̄d vel ex eo colligi p̄t q̄d fuerit in p̄ceptorem
Alexandri Magni institutus. Plura possemus hic in eius laudem dicere
nisi nos tp̄us angustia vilum abrumpere cogeret haec sufficiant de
laude Arlis cui p̄ inventione op̄is grās agimus immortales.

Opus hoc cont. Intitulat de 10 Cathegoriis quod vocabulum tractat
ja sui impositione sequitur factam accusationem in iudicio ab Arte tu
licentia physica est translatum ad significandam praedicationem quae inter supremam gra
speciem et individua intercedit.
Dicit Aristoteles totum opus in 3 partes principales in Antecathegorias, Cathe
gorias et Postcathegorias, sive ut latinis tres utamur in Antepraedicamenta
praedicamenta et postpraedicamenta. In Antepraedicamentis tradit definitiones aequivocorum
univocorum et denominativorum et ea quae sunt circa omnia praedicamentis. In praedica
mentis enigmatis praedicamenti naturam seorsim declarat, In postpraedica
mentis explicat ea quae aliquo modo meminerat in praedicamentis et de his 3.
partibus nos cum illo modo agemus.
Quaeritur primo 2o Circa hunc lib. An ad Logicum spectet agere de praedi
camentis et de illis quae Aristoteles in hoc lib. tradidit aliqui negant sed vero alii
affirmant. Cuius rationem optimam affert Caiet. in Proemio h. libri quia Dia
lectica officium est dirigere 3 mentis operationes sed 1a operatio mentis quae est
simplicium apprehensio non potest dirigi nisi per tractationem praedicamentorum ergo
ad logicum spectat agere de praedicamentis. Probatur minor 1a operatio mentis est
simplicium apprehensio ergo debet dirigi per res simplices sed res simplices
tractantur in praedicamentis ergo praedicamenta dirigunt 1. mentis operationem sicut
enumeratio 2. et argumentatio 3.
Quaeritur 3 quaenam sit obiectum h. libri. Ad hoc Respondeo 1o obiectum Materiale
esse ipsas res quae in praedicamentis collocantur ut substantia quantitas qualitas &c. In quarum
rerum cognitione prout res sunt non sistit dialectica sed considerat ea in ordine
ad ens rationis scilicet in ordine ad 2. Int. gratis et speciei subiecti et praedicati.
Ratio h. Responsionis petenda est ex dictis sup. de illo materiali et licet
loca demonstret passiones de ipsis rebus quae in praedicamentis collocantur ut vide
bimus infra quia tamen hoc facit sub ratione formali entis rationis logici ex eo non
sequitur ipsas res esse obiectum formale h. libri sed potius ens rationis descriptivum.

Ex hoc R. 2: obiectum formale h. Tractatus est ens rationis logicum sive ens rationis ad bene discernendum accommodatum et hoc ens rationis est 2a intentio subiecti et praedicati generis et speciei.

Probatur 1: obiectum formale adaequatum totius est ens rationis discernendum ut supra probatum est ergo et obiectum inadaequatum sive partiale erit huiusmodi consequentia patet quia obiectum partiale continetur sub toto tanquam pars.

Probatur 2o Praedicamentum ut dicemus infra formaliter est coordinatio censeries quaedam generum specierum et individuorum subiecti et praedicati, sed genus et species subiectum et praedicatum sunt et ipsa coordinatio horum formaliter est quod rationis ergo obiectum formale h. tractatus erit ens rationis.

R. 3: Obiectum secundarium esse voces et nomina Probatur quia non in vocibus tanquam in signis reperiuntur non istae 2ae intentiones logicales et deinde ratio aequivocorum non in rebus tantum sed non in vocibus reperitur, quia tamen haec omnia considerat logicus in ordine ad ens rationis illud erit obiectum formale eius et non voces vel nomina tamen fatendum sit logicum multum indigere vocibus, tum ad exprimendos proprios conceptus tum ad percipiendos alienos quare non placent hic connumeri causas asserentes principium materiale h. operis esse voces et non res, contrarium enim nobis est videtur quia primaria intentio h. operis est adunare ad id quod omnia entia dispersa et ea ordinate distinguere seorsimque suis proprietatibus illustrare et sic primum intellectus operationem dirigere et quia res non coadunantur cum iis conditionibus iis habent a parte rei sed ut sunt acceptae per obiectum et ut stant sub simplici apprehensione intellectus et res sic acceptae nil aliud sunt per quam per interius verbum mentis conceptae vel quod idem est res conceptibilis simplicibus conceptae et huiusmodi res non per voces incomplexas ceu ut tres simplices significentur ideo dici solet contra intentionem h. operis esse tractare de vocibus incomplexis non tanquam de principium materiale sed ut sunt signatae rerum simplicium quae in praedicamentis collocantur et sic res locum principium materiale obtinebunt.

Res n. q. e. hic ponit in praedicamento substantiae ut res e., haec v. vox homo
ponit tamen in quantum significat illam rem q. in praedicamento ponit quod certe
minus principium e. et si hoc forte velint connumerare illis non refragamur.
Et quamvis explicatio haec admitti possit, tamen sciendum e. consideratione de
vocib. non provenire ex intentione loci sed potius ex necessitate quia res simplices
simplici apprehensione conceptas non nisi verbis exprimimus, vocib. docimus
et coadunamus, si n. haec absque verbis exterioribus percipere possemus
solo sermone interiori contenti aut per alia signa haec fieri possent non
indigeremus vocib. et ideo si quaeratur An de vocib. vel de reb. principaliter
hic tractetur Rx. non de rebus non tamen absolute sed incomplexe conceptis et
simplicib. vocib. significatis
Arg. 1. ja dicta. Ad Metaph. spectat agere de praedicamentis ergo non recte
diximus idipsum ad logicum spectare deinde si esset logici negotium agere de
praedicamentis esset maxime propter 1. mentis operationem dirigendam sed haec ratio
nulla e. quod patet quia quae operatio mentis nequit errare et consequenter non indiget
regula ergo ad logicum non spectat agere de praedicamentis.
Ad 1. Rx. idem materialiter sumptum bene potest spectare ad diversas sciencias si
tamen ab ipsis sub diversa sub ratione considerentur, licet ergo Metaphys. conside-
ret praedicamenta non tamen considerat ea sub illa ratione qua logicus. Metaph.
non considerat illa in quantum res sunt sub ratione entis realis ibi sistendo vel
in quantum diversas rationes entis realis induunt at logicus considerat quidem
illas res quae ponuntur in praedicamento sed non sistit in earum cognitione ut res sunt
sed in quantum aptae sunt subjici et praedicari et in quantum induunt secundum intentionem
generis et speciei per quod fiunt aptae ut possunt ex iis verae et bonae
construi definitiones.

Ad 2. Rx nego mi. ad pb. Responsum est sup. d. ans. In 1a operatione mentis non potest esse error falsitatis concedo ans. iste non proprius est 2a operationis non potest esse error apprehensionis ita ut unum apprehendat pro alio nego ans.

Arg. 2o. In hoc Tract. agitur de Univocis aequocis et denominativis sed aequocatio tantum in vocibus reperitur non in rebus non n. dicimus res quae est canis est aequoca sed haec vox canis aequoca est. Rx 1. nego solis vocibus competere aequocationem sequitur illa non in rebus reperitur ut infra videbimus et licet concederetur aequocationem tantum esse in vocibus, non exinde sequeretur materiam principalem h. Tractatus esse voces quia non propter voces est instituta ista disputatio sed propter res quae ordinate et incomplexe in praedicamentis ponuntur et consequenter prout vocibus incomplexis significantur et quia a praedicamentis removenda sunt aequoca hinc est quod de aequocis hoc loco tractetur.

QUAESTIO 1a

De Ante praedicamentis Artis

DUBIUM PRIMUM

An Artes recte definierit Aequoca Univoca et Denominativa.

Definitio Aequivocorum ab Arte haec est. Aequoca dicuntur quaeque solum nomen est commune sed nomen v. ratio substantiae diversa ut homo verus et homo pictus hoc n. solum nomen est commune sed nomen v. ratio substantiae diversa.

Explicatur definitio aequoca in primis diverso respectu et nomen et res significant, dicitur n. nomen vel terminus aliquis aequocus quia significat plura sed diversas rationes ut iste terminus canis significat canem caelestem Marinum &c. Ipsa v. res dicuntur aequoca non quia significant plura sed quia significantur unico vocabulo sed diversas rationes ut sydus illud caeleste, piscis et animal latrabile aequoca dicuntur. hinc est ut nomen ista quae plura ut plura significant vocentur aequoca aequocatio

res ipsa quae talibus nominibus significantur aequivoca aequivocata et quia Aristoteles intendit
hic res ipsas adunare prout stant sub conceptibus incomplexis cum simplicitate
ideo a rebus ipsis hic incepit et definivit aequivoca aequivocata non aequivoca
aequivocantia vel terminos aequivocos, de his non egimus nos in summulis et id
colligi potest ex verbis definitionis tradita et ideo non non in singulari dixit
aequivocum dicitur sed aequivoca dicuntur ea quae una res aequivocationis capax non est
sine altera oportet non adminus duas res significari uno nomine ut aequivocatio
esse possit, significant enim dixit Aristoteles aequivoca dicuntur et non dixit
aequivoca sed quia rebus non convenit aequivocari ut sunt in rerum natura sed ut
sunt in vocibus, aequivocari non praesupponit vocari quod rebus ex vocibus convenit
Per hoc Ploeon non intelligitur illud nomen de quo actum est in summulis prout
distinguitur contra verbum et participium quia non in verbis et participiis reperitur
aequivocatio sed sumitur pro voce significativa ad placitum quae dicitur nomen ipsi non
tamen mentis, hoc solum non excludit omnia alia definita a nomine quia aequivoca
possunt habere aliquid commune praeter nomen dummodo tamen non habeant aliquid commune secundum
illud nomen quod importatur vel ut ait Caret. dummodo rationem nominis
communem non habeant quod significant. Ly Ratio non sumitur hic pro definitione alias res
generalissimae non possunt esse aequivocae eo quod careant definitione stricte sumpta
sed sumitur pro conceptu ultimo significato per nomen quod conceptus in rebus habentibus
definitionem est ipsa definitio, in non habentibus nil aliud est ipsum id quod significatur per nomen
Ly substantia non sumitur hic pro Ente quod existit per se et prout distinguitur contra
Accidens sed sumitur pro ipsa quidditate cum contra rei ita quod idem sit
ratio substantiae ac ratio quidditatis, Ly secundum nomen referitur ad rationem substantiae
quia non de quocumque ratione substantiae aequivocorum est sermo sed de illa quae in eis significatur
per illud nomen commune in quo aequivocantur.

Ly diversa n̄ sgāt absolute diversitatem simpliciter sed diversitatem sdm
qd totalem vel partialem ita ut sensus sit, æquoca sunt q̄ hnt rationem plane
diversam vel aliq mō diversam et sic m̄ intelligendum hic definiri æq
uoca à Consilio et n̄ pure æquoca q̄ dici solent æquoca à casu ut
Gallus respu hōis galli et respu galli gallinacij sed æquoca in cōe.
Put comprehendunt analoga et sic pure æquocis convenit hrē rationem
penitus diversam. Analogis v. diversam aliq mō. Quæ explicatio
pt colligi ex ipso Arte q posuit exemplum n̄ in pure æquocis sed potius
in Analogis seu æquocis à Consilio qa hō pictus et hō verus æqtem saltem
videntur hrē rationem eorum quoquo m̄ dici posit hic hm̄ definiri pure
æquoca, Analogorum v. definitionem qa mediant inter æquoca et Univoca colli
gendam ē ex definitione extremorum Ita q̄ Artes poterit excusari n̄ ponens
ex ipsa definitionem analogorum.
Est ergo sensus dictæ definitionis æquoca æquocata dicuntur illa entia q̄ sgāntur quidem
uno nōe sed sdm illud unum nōem n̄ hnt unum conceptum sed diversos
vel simpliciter vel sdm qd sdm diversum modum explicandi.
Definitio Univocorum ē. Univoca dicuntur q̄rum nōem cōe ē et sdm nōem
rāo substantiæ eadem. Ut animal homo atq Bos, cōe n. nōe utraq animalia
nuncupantur et ē substantiæ rāo eadem put ~~[illegible]~~ tali nōe sgāntur si qs
n. assignet rationem qd utrumq sit q̄ animal ē et q̄tus hoc nōe sgāntur
eandem assignavit rationem ut hō in quantum animal ē Vivens sensibile
Bos in quantum animal ē Vivens sensibile hæc Artes. Tota definitio
intelligenda et explicanda ē sicut præcedens excepta ultima particula
et hic m̄ ē sermo de Univocis Univocatis ideo m̄ dicuntur in plurali Univoca.
Ly eadem dicit identitatem simpliciter ita qd rāo Univocatorum q̄ attenditur
penes illud nōem in q̄ identificantur sit totaliter eadem et nil plus aut
minus, mutuat unum aut reliquum in rāo illius nōis et quando dicitur

quod ratio substantiae importata per nomen debeat esse eadem in univocatis
non est sensus quod illa ratio debeat esse de quidditate sive essentia univocatorum
alias tamen dicerentur univoca essentialia quod verum non videtur cum dentur
in multa accidentia quae univoce praedicantur de suis inferioribus ut album
respectu Petri et Pauli univocum est et tamen ratio substantiae per hoc album significata
non est de essentia Petri et Pauli cum sit accidens et praedicabilis quod ut
dictum est essentiae plane extrinsecum est sed intelligitur illa particula hoc
modo quod scilicet illa ratio univocatorum debeat esse eadem totaliter, hoc est quod identi
fiet totaliter cum suis univocatis sive essentialiter sive accidentaliter
ut si quaeratur quid est homo in quantum significatur per hoc nomen animal Respondeo quod sit
vivens sensibile et rursum si quaeratur quid est homo in quantum animal Respondeo idem
ubi semper eadem ratio explicatur ut patet. Sic enim si quaeratur quid sit Petrus in
quantum significatur per hoc nomen albus Respondeo quod sit ens habens colorem disgre
gativum visus et iterum si quaeratur quid sit Paulus in quantum albus Respondeo
quod sit ens habens colorem &c. ubi semper eadem ratio secundum nomen importatur
licet non sit de essentia Petri et Pauli.
Definitio Denominativorum haec est. Denominativa dicuntur quaecumque ab aliquo
solo differentia casu secundum nomen habent appellationem ut a Grammatica Gram
maticus a Fortitudine Fortis.
Et hic definitio ultima dicitur est. In denominatione 3 esse scilicet formam denominantem rem denominatam et
ipsum denominativum, Forma a qua res denominatur v.g. albedo a qua res dicitur alba
et fortitudo a qua homo dicitur fortis &c. Res denominata est substantia quod ab
illa forma tale dicitur ut homo lignum lapis &c. Denominativum est ipsum
met ens nomine concreto significatum ut album et hoc denominativum duobus
modis potest sumi. 1° pro denominativo denominato 4. pro ipsa re significata
nomine concreto ut album. 2° potest sumi pro denominativo denominante
scilicet pro hac voce album sicut in sup. de aequivocis et univocis diximus

Et itaq denominativa medium quod inter univoca et aequivoca. Univoca
totam ~~rationem~~ nomen totamq rationem communem. Aequivoca habent quidem idem nomen
rationem v. omnino diversam. Denominativa v. non habent prorsus idem nomen et
eandem rationem sicut univoca, idem nec habent nomen prorsus idem, rationem
v. diversam ut aequivoca sed tantum nomen quoad rationem partim eam formam con-
veniunt partim ab ea discrepant ut videre est in albedine et albo.
Tres conditiones petuntur ad denominativa 1a est quod habeant
appellationem secundum nomen ab aliis. 2a est quod differant casu ab illo
a quo desumunt appellationem. 3a quod solo casu differant.
1a conditio nihil est aliud quam quod denominativum debeat derivari ab aliqua
forma denominante. 2a conditio quod denominativum debeat differre
a nomine formae denominantis casu in fine vocis ut albedo et album
Forma n. denominans definit in do, denominativum in um ut patet apud
Idem sapientia et sapiens forma definit in ia denominativum
in ens. 3a est quod denominativum tantum debeat differre casu a
forma denominante et non significatione si n. significatione differret iam plus
quam casu differret quare album et albedo idem significant centraliter
quod si dicas denominativa alio modo significant quam forma denominantis
ut album tenet significat albedinem, tamen alio modo illam importat quam
albedo quia album importat albedinem ut ~~[illegible]~~ adiacentem, albedo
eandem importat ut quasi a nuntiam a [illegible] ut [illegible] ex summitate
quod denominativa non solo casu differunt secundum in modo significandi.
Resp. Verum est denominativa habere aliam modum significandi quam denomi-
nantia. Ex hoc tamen non inferitur denominativa non solo casu differre
a denominantibus quia per tamen solo casu differentia non excludit di-
versus modus significandi ille n. diversus modus [illegible] sequitur dictam casuum
est illi inseparabiliter annexus sed tamen excludit diversa significatio
ita ut importet alia forma sui centra et hoc denominativis repugnat
non v. diversus modus significandi imo denominativa nostro dicit formam denominantem

alio modo sperare quia dicunt casu à denominante quod dicitur [illegible] affert diversum sperandi modum ut dictum est.

~~Tertio~~
Ad 2 praeterea pro ulteriori notitia horum. Sed potest alii denominatum derivari ab alio forma 1o. secundum rem tantum et non secundum vocem vel nomen ut Strictosus à Vertulo. Idem non secundum rem sperant non tantum secundum vocem 2o. derivantur quidam à forma tantum secundum vocem et non rem ut officiosus ab officio, In quibus quidem vocabuli initium est idem res vero separata longe diversa. 3o. denique derivantur quidam et secundum vocem et secundum rem ut Grammaticus à Gramm. Fortis à Fortitudine et haec denominatione sunt nostra propria talia et hic sunt definita priora vero duo optime nostra à ratione denominationis hic à caret excludunt.

Ex His Inferunt Nomen denominativum esse terminum concretum significans habentem formam et formam habitam pro modum formae hoc est pro modum adiacentis. His definitionibus explicatis sit

Ctio 1a. Definitio Univ. Aequ. et denom. ab Arte tradita bona est. Probatur 1o. Haecta physica ea sit definientis. Probatur 2o. Ex dictis in Explicatione earum definitionum et ex legibus in bona definitione, habet non ista definitio sua gratia et suas dicitur gratia.

Ctio 2a. Definita in his definitionibus sunt 2ae. Intentiones in Concreto pro substrato habentes res et voces.

Probatur Ctio Istae definitiones sunt formaliter logicales quia formaliter definita earum erunt 2ae intentiones in concreto autem patet. Probatur 2o. Quia omnes definitiones spectantes ad aliquam scientiam debent dari formaliter secundum rationem formalem talis scientiae sed istae definitiones spectant formaliter ad logicam quia dabuntur secundum rationem formalem logicae quae nihil est aliud quam 2a intentio in concreto ad definiendum accommodata.

Sed quaeris quae sit ista 2. Intentionis. Rx 2a Intentio quae explicatur
per descriptionem aequivocorum consistit in hoc quod plures res respiciant idem
nomen seu eandem vocem significativam quibus tamen stant sub illa voce, habent
rationes omnino diversas.
2a Int. Univocorum consistit in hoc quod plura respiciant idem nomen
et sub eodem nomine eandem non habeant rationem quae respectus est quod rationes
Denominativorum v. 2a Intentio nihil aliud dicit quam respectum quandam
rationis quae alii respiciunt formam a qua derivantur eidemque significant diverso
tamen modo vel dicto casu. Itaque ea quae in his descriptionibus definiuntur non sunt
unde res neque unde voces sed res cum vocibus quibus significant his 2 dis
intentionibus.
Arg. 1. 3a descriptio Aequivocorum. Aequivoca habent idem nomen et eandem
rationem ergo aequivoca sunt univoca. Consequentia patet. Probatur antecedens in quantum habent idem nomen
deinde ratio aequivoci est communis omnibus aequivocis ergo aequivoca habent non eandem rationem
Rx dicitur antecedens quod 2a parte aequivoca habent eandem rationem materialiter sumpta negatur
antecedens, formaliter concedo antecedens. Est dicere ipsae res quae sunt aequivocae non habent aliquam
rationem communem et sic materialiter sumuntur aequivoca. Formaliter tamen prout significant
huic 2ae Intentioni aequivocationis habent aliquam rationem sibi eandem et communem
nec est absurdum unam et eandem rem secundum diversam rationem esse aequivocam
et univocam.
Arg. 2o Natura generica est univoca respectu suorum inferiorum sed illa non est eadem
in suis inferioribus ergo univoca non erunt illa quae habent eandem naturam. Probatur minor.
Eadem natura non potest continere contraria sed inferiora generis sunt contraria ergo
genus non potest idem esse in suis inferioribus. Rx concedo maiorem et negando minorem.
Ad probationem Rx ex dictis supra quomodo idem genus potest contraria continere
per modum coniunctionis non a. metaphysicis.

Arg. 3. Studiosus est denominativum et tamen non habet aliquid a quo derivetur ergo
dicta illa denominativorum erit mala. Probatur minor neque enim per se habet stu-
dium nec virtutem a qua sumat appellationem ergo nihil habet a quo deri-
vetur. Respondeo hoc nomen studiosus stricte non est denominativum sed tamen
est denominativum secundum rem ut ex dictis patet. Unde tamen non mirum
quod nihil habeat a quo in rigore denominativum suum deducat rationem.

DUBIUM SECUNDUM.

Quid sint Analoga et quod eorum species.

Quia superius in explicatione definitionis aequivocorum aliquid tamen Analogorum facta
est mentio et eorum cognitio ad plura logicalia intelligenda necessaria est
ideo aliquid hic de eis breviter dicemus, quod ut intelligi queant statim quid
sint et deinde quotuplicia sint declarabimus.
Definiuntur ergo Analoga in communi hoc modo. Analoga sunt quorum nomen est commune
Ratio vero significata per nomen primum est eadem primum diversa ut v. g. Pes montis
et pes scamni dicuntur Analoga quia in primis habent nomen commune. Deinde ratio per
nomen significata primum est diversa quia diversam naturam habet pes montis ab ea
quam habet pes scamni. Et primum tamen est eadem quia sicut se habet pes montis
ad montem sustentando et fulciendo eius granitem ita se habet pes scamni
sustentando eius pondus et granitem. Praedicta definitio intelligenda est
de ipsis rebus non de vocibus cum tres analogiae. Sicut supra dictum est
in definitione aequivocorum in qua non definiebantur aequivocantia sed aequivocata ita
tamen hic non definiuntur analoga analogantia sed analoga analogata et dicuntur
in plurali analoga quia ad hoc ut analogia aliquid constituatur necessario petuntur
plura. Caeterae partes definitionis explicandae sunt iuxta dicta in definitione
aequivocorum et univocorum. Ultimae partes distinguunt analoga ab aequivocis
et univocis et illa in medio eorum constituunt. Ex hoc enim quod analoga
habeant primum rationem eandem dicuntur a parte aequivocis ut dictum est.

Ex hoc v. quod habeant rationem [illegible] diversam dicunt ab univocis quae
ratio simpliciter habent eandem rationem.
Ex dicta Analogorum definitione facile colliges quod sit analogia in alterado
Est n. nil aliud quam aliquorum in aliqua ratione per nomen sibi communem significata partim
convenientia et partim discrepantia.
3 Communiter assignari solent Analogorum vel Analogiae species 1a dicitur Ana
logia inaequalitatis 2a Analogia attributionis 3a Analogia propor
tionalitatis. Ad hos 3 modos omnia analoga reducuntur.
Analoga inaequalitatis vocantur illa quorum nomen est commune et ratio secundum illud nomen
est omnino eadem inaequaliter tamen participata et sermo est de inaequalitate perfectionis
quae ratione omne genus est analogum respectu suarum specierum, quia in partibus illis species
est nomen commune et ratio significata per illud nomen est omnino eadem, inaequaliter tamen parti
cipata ab eisdem, cum n. differentiae specificae habeant inaequalem perfecti
onem genus in specie nobiliori perfectius esse habebit quam in specie ignobiliori.
ut animal perfectius esse habet in homine quam in bruto quia differentia specifica hominis
excedit in perfectione differentiam specificam bruti. Haec Analoga vocat
logicus univoca. Physicus a. aequivoca quia Physicus agit de rebus ut sunt
a parte rei. Logicus v. ut sunt in conceptibus, quia genus gratia secundum illud esse quod
habent a parte rei inaequaliter se habent in perfectione, aequaliter v. secundum conceptum
Deo a physico vocantur aequivoca a Logico univoca et ob eandem rationem
vocat S. Th. haec analoga, analoga tamen secundum esse et non secundum intentionem
eo quod participant in ratione significata per illud nomen commune sed non participant in esse
illius rationis.
Verum haec analoga cum tamen secundum veritatem sint univoca ea missa faciamus
strictius n. loquendo analoga dici nequeunt licet secundum quod et large talia
possunt nuncupari.
Analoga attributionis sunt illa quorum nomen est commune ratio v. per nomen significata est eadem
secundum terminum diversa tamen secundum habitudinem ad illum .1. Ratio

sgata p nocn analogum sdm qd comparat ad sua analogata et diversa
ut aral cibus Medicina et Urina st analoga attributionis qtus sgant
hoc nomine sanum qa ut sic hnt aliqd nocn coe oia n. appellant sana
Praeterea conveniunt in hoc qd oia respiciunt eundem terminum sc: sanitatem
qa oia dnr sana in ordine ad illam. Differunt tn p diversam
habitudinem cum diversum ordinem quem dicunt ad sanitatem nam aral
qd e analogatum principale dr intrinseci sanum et proinde respicit
sanitatem qtus illam in se hr, vel ut ail caret aral dr sanum in qntum
e sltum fore illius q dr sanitas, Cibus v. respicit sanitatem ut qd
illam conservans. Medicina respicit illam ut causativa illius, Urina
v. ut sgativa.
Ex Hic colligitur Analoga ista attributionis ee m. medium qd int aequ
voca et univoca qa hnt n nocn coe qd plura indeterminati sgat
sicut aequoca et hnt aliqm convenientiam qa oia dicunt ordinem
ad unum terminum, licet diversimode in q conveniunt aliq mr cum univocis
Nomine tri intelligimus oe id qd plura respiciunt sdm diversas tn habi
tudines.
Ista analoga vocantur à S. Th et Arte ab Uno et ad Unum v. g. Exemplum
analogi ad Unum eam positum e. Analogum v. ab Uno e v. g. ee medi
cum respu hois medici, libri medici et instrumenti medici ~ ~ ~.
haec n. oia ab una arte medicinae talia nuncupantur, hoc qdem dr medicus,
qa e sltum medicinae hnt in se istam sciam vel artem ~~libri~~ libri dr
medici qa ostendit praecepta medendi, instrumenta dr medici qa iuvant
ad sanitatem recuperandam et ad medicinam applicandam corpori sanabili
iuxta leges praescriptas medicinae. ~~Hae~~
Haec analoga qsdam hnt proprietates cum potius conditiones per qs clare
cars nam dignosci poterit.

3a est quod ratio per nomen analogum attributionis signata in uno tantum ex analogatis
est formaliter vel inhaesive et intrinsece in aliis vero extrinseci secundum denominationem
extrinsecam ideo non analoga attributionis nominantur quia id quod in principio
analogato intrinsece reperitur attribuitur analogatis minus principalibus ratione alicuius connexionis
quam cum ipso habent v. g. sanitas quae consistit in recta temperie 4 humorum
tantum formaliter et inhaesive reperitur in animali non vero in urina medicina aut aliis
sup. relatis sed tantum dicitur de istis sanitas extrinseci per denominationem
sumptam a sanitate quae intrinseci existit in animali.

3a est quod analoga minus principia debeant per magis principium analogum
illud scilicet in quo ratio analogi intrinseci reperitur definiri. Cuius ratio haec est
prima definitio est oratio explicans rei naturam sed naturae eorum analogorum quae sunt minus
principia dicunt ex sua natura habitudinem et ordinem ad analogum magis
principium ergo per illum ordinem ad illud principium debent definiri exemplo
in hac res clara fiet. Si non quis vellet definire medicinam in quantum est
analogum sani sic deberet definiri, medicina est illud quod efficit sanitatem
animalis, urina est id quod significat sanitatem animalis, non quidem sic est nostrum ut
principium analogatum explicite ponatur in horum definitione quia plerumque
subintelligitur cum dicitur medicina est sana quia tales habet proprietates vel
potest 4 humores ad pristinam revocare temperiem ubi satis intelligitur
principium analogatum licet expresse non ponatur.

3 proprietas est quod analogata minus principia non habeant eandem definitionem
sed tot sunt definitiones quot analogata et quot habitudines dicunt ad 1. ana
logatum non non omnium quae sana dicuntur eadem est definitio sed multiplex, alia
non est definitio medicinae in quantum sana alia cibi alia urinae in quantum
talis et hoc de se patet.

4a est quod illi tres ad quem analogata dicunt ordinem sit unus
numero positivus vel negativus, positivus quidem si sunt analoga in parti
culari vel animal
in ordine ad hanc numero sanitatem in hoc animali existentem negativus vero si

sumantur in eo, ut animal sanum in eo, medicina sana in eo &c.
Sic sanitas loquendo sanitas à ij ora hæc sana dicitur non est una numero
in se vel positive eo quod eam virtus effectiva virtutibus comparandæ sunt
sed est una numero in istis analogatis negative ita quod non numerentur
3 sanitates numero diversæ sed est unica tantum in omnibus illis à ij animal
dicitur intrinseci sanum. Cætera v. analogata tantum extrinseci talia ut
dictum est.
Ex his infertur nomen analogum non habere aliquod significatum commune omnibus partia
tibus analogatis sed nomen vox est communis ~~omnibus analo~~ cum identitate tantum omnibus
analogatis ita cum in analogia hæc 3 sint sc: vox et tres et diversæ
habitudines ad illum tertium, nomen analogum tertium quidem dicitur
significat ut sanum sanitatem, diversos a. illos respectus ita indeterminate
et confuse importat ut primum dicitur vel ipsi dicitur, cæteros a. confuse
et per reductionem ad 1. Sanum n. multos respectus ad sanitatem ut puta
habitus significantis causantis sic in una voce sanitatem dicitur importante con:
fundit ut sic primum respectum sc: habitus cum illis dicitur significat, sanum
n. absolute dicimus habitum sanitatem ut illum. Cæteros a. respectus inde
terminati importat per attributionem ad 1. ut patet ex dictis. Unde in
eo est illud axioma cuius nos in meminimus alibi, nomen analogum stare
pro famosiori significato, habet in illud quod ratio analogi prius conveniat principio
analogato quia cætera minus principia dicuntur talia in ordine ad illud.
Dividitur hæc Analogia à S. Th. in Analogiam duorum ad 3 ut me
dicinæ et urinæ ad animal sanum. Et in analogiam unius ad alterum,
ut medicinæ ad animal sanum et hæc divisio satis bene explicat naturam
analogiæ attributionis.
Analoga proportionalitas dicitur quorum nomen est commune et ratio per nomen significata est
eadem secundum proportionem 1. est similis in proportione ut videre corporali
visione et videre intellectualiter communi nomine vocatur videre quia intelligere ita

rem arcu offert sicut videre corpori animali. c c c c c
Dd ad h. Intellectu proportionalitatem in hoc differre a similitudine quod simi
litudo tum petit duos terminos ut similitudo albi tum petit duos terminos
albedinis affectos. proportionalitas v. ad minus petit 4 extrema ut
videre est in hac proportionalitate sicut se habet risus ad hominem ita se habet
veritas ad pratum, et ita proportionalitas si unius nominis spectemus nil
aliud quam habitudo quaedam duarum vel plurium proportionum inter se ita
ut quemadmodum sensi habet hoc ad illud ita in hoc ad aliud ut habitudo
illa quae interceditur inter pedem montis ad montem et inter pedem arcus ad
arcum dicitur proportionalitas nam sicut si habet pes montis ad montem
sustentando eius pondus ita si habet pes arcus ad arcum ferendo eius gra
vitatem.
Et H. definitionis clarioris alterius dd est. quod nomen analogum proportio
nalitatis non importet unam rationem eorum sed plura numerali cuius
ratio haec est, nam proportio dicitur dari inter plura quae ratio per nomen analogum
proportionalitatis significata ut sit proportionaliter eadem dicitur esse multiplex
et ex hoc intelligitur illa prio
per nomen analogum debeat esse proportionaliter eadem hoc non sic in
telligi dicitur, quia quod ista analoga debeant significare aliquam rationem
eorum sed quod res significata per nomen sc: extrema importata debeant
proportionaliter esse eadem.
Haec analoga proportionalitatis non quidam habent conditiones. 1a est
quod ratio per nomen analogum tali significata reperiatur intrinseci et secundum essen
tiam in omnibus analogatis. 2a proprietas est quod in omnibus analogatis non
reperiatur eadem ratio numero vel unus terminus numero sed tot sunt rationes distinctae
numero quot membra dicuntur analogata. 3a est quod in his analogatis
unum non definiatur per alterum non n. pes montis definitur per pedem arcus
aut est oia

Arg. 1° sanum v. g. claudit intrinseci in medicina quod falsum est
quod forma significata per nomen analogum attributionis tantum reperitur intrinseci
in principio analogato. Patet antecedens medicina dicitur sana quia causat sanitatem
sed causare sanitatem est intrinsecum medicinae quod et forma per nomen analo-
gum sanum significata erit quoque medicina intrinseca. Respondeo negando antecedens ad
probationem contra. et dico nunc causare sanitatem est intrinsecum medicinae ita quod
forma causata per medicinam scilicet sanitas a qua hoc nomen sanum desumitur
sit intrinseca medicinae negando nunc causare sanitatem est intrinsecum medicinae
hoc est medicina habet aliquam virtutem sibi intrinsecam per quam causat sa-
nitatem contra nunc et hoc non est ita nos.
Arg. 2° Ens dicitur analogice de Deo et creaturis substantia et accidente
analogia attributionis et tamen entitas quae est ratio significata per terminum ana-
logum ens reperitur intrinseci in omnibus analogatis quod doctrina data
falsa erit quod scilicet forma significata per nomen analogum attributionis tantum
extrinseci reperitur in minus principiis analogatis nunc de se patet. Crea-
tura non intrinseci est entitas quidam sicut et accidens intrinseci et
in sua essentia claudit entitatem.
Respondeo 1° quod Ens quoque est analogum attributionis respectu Dei et creaturae
substantiae et accidentis non significat rationem aliquam communem omnibus analogatis intrinse-
cam sed immediate importat Deum deinde Creaturas vel immediate substantiam
deinde Accidens, In ordine non ad substantiam dicitur accidens habere entitatem de-
nominative ab entitate substantiae. Similiter Creatura denominatur denomina-
tive Ens a primo increato Enti quod est Deus.
Ad 1 H. Ultra. Ens potest sumi 1° quoque significat habere et abstrahendo
a modis particularibus substantiae et accidentis Dei et creaturae et sic
ens non est analogum attributionis. 2° sumitur quoque significat plura propter attribu-
tionem ad unum immediate et sic est analogum attributionis.

Rx 2o. Ens respectu Dei et Creaturae substantiae et accidentis non est tantum analogum attributionis sed non proportionalitatis et consequenter tamen potest intrinseci inveniri in omnibus analogatis secundum proportionem tantum.
Ex quo non solum potest argumentum quod fieri solet ex 3 condit. Analogiae proportionalitatis sup. commemoratam. et est huiusmodi. Accidens est analogatum respectu substantiae et tamen accidens definitur per substantiam ergo unum analogatum definitur per aliud, non in analogia proportionalitatis. Rx ad hoc si accidens quandoque contingat definiri per substantiam, hoc est quia non est analogatum attributionis, non v. in quantum est analogatum proportionalitatis.

DUBIUM TERTIUM.

Quid sit Praedicamentum et quae requirantur ut aliquid ponatur in praedicamento et quot sint praedicamenta.

Praedicamentum spectata nostra Ethemologia communiter dicitur illud quod de aliquo praedicatur et quia ro suprema gratia per quasi per Anthonomasiam de partibus substantiis praedicantur quae sunt principia praedicamentorum fundata ut patebit infra ro praedicata cum praedicamenta dicuntur. Verum quia non tantum suprema gratia sed quaecumque gratia sub illis contenta sive sint subalterna sive infima imo non species infimae aliquo modo de substantiis vel individuis enunciantur extensum est hoc vocabulum praedicamentum ad totam seriem ex summo gratiae et intermediis speciebus et individuis significandam usurpavit in Porph. cap. de specie cum dixit et protulit in singulis praedicamentis esse singula ja gratia alia intermedia species infimas et individua. Praedicamentum ergo hoc modo acceptum sic solet communiter definiri. Praedicamentum est series sive coordinatio praedicatorum essentialium superiorum et inferiorum in qua superiora de inferioribus quodlibet praedicantur.

Ex fl. desiderii ultra NB. Praedicamentum secundum vocem et terminum con-
notationem et consequenter aliquid importare de materiali et aliud de formali.
Sic et usurpatur praedicamentum 1o quidem mixta materiali 1o Inten-
tionaliter et sic sunt illas naturas reales ut quae in praedicamentis collo-
cantur ut ex arbore porphyriana patere poterit.
2o Usurpatur mixta sumptum formaliter 2o Intentionaliter pro 2a si-
quidem intentione sine relatione rationis in concreto et hoc modo nil
aliud dicit quam naturas reales non absolute sed quatenus constituuntur in
ratione generum vel specierum. Vel clarius in ratione praedicabilium et
subiectibilium. Praedicamentum non ordinatur ad hoc ut possimus verus
praedicationis cum propositionis efformare ad consequendas scientias ad quod maxime
conducit scire quid sit praedicandum quid subiciendum. Ideoque dantur
ista praedicamenta ut omnium rerum numerum ad formandum praeoculis
habeamus, sic non praedicamenta series quaedam ad quas omnes res inveniendi
reducuntur. Unde eas adducere possimus congruo ordine ad scientias comparandas.
De illo quod praedicamentum 1o Intentionaliter sumptum affert sive
de materiali praedicamenti non est magna difficultas. Sed de illo respectu
rationis sive de 2a Intentione in concreto quae formaliter constituit
praedicamentum aliquantis est difficultas quaenam sit: sit enim tertium cum
omnis relatio ex sua essentia dicat ordinem ad aliquem terminum.
De quo re ut sententiam nostram dicamus sit Conclusio prima.

Chio 1. Praedicamentum de formali dicit respectum ad
illum tanquam ad terminum. Sed pro hunc respectum non constituitur
formaliter et contrahitur in ratione praedicamenti.

Haec Chio quae ad 1. p. plus praedicamentum formaliter dicit naturas vel
res quatenus ordinantur et collocantur in ratione superiorum et inferiorum

generum et specierum. Sed haec ordinatio tantum fit per illum quod praedicamentum formatur dicit respectum ad illum tanquam ad terminum. Ma[illegible] ex sup. definitione praedicamenti m. [illegible] a parte rei n. res [illegible] superiores vel inferiores formatur nec genera aut species aut individua nisi tantum fundamentaliter quod illa ordinatio formatur tantum fit per illum. et consequenter recte inferitur sicut n. esse cognitum formatur dicit respectum ad illum ita et esse ordinatum quia haec ordinatio passive accepta ex parte rerum provenit ex tali vel tali modo cognoscendi res. Ex hoc inferitur 2a pars Chronicae Iste n. respectus quem dicit ~~illa~~ praedicamentum ad illum ordinantem et disponentem praesupponit et requirit ad hoc ut praedicamentum formatur in sua essentia constituatur quod 2a pars Chronicae vera. et [illegible] facile probari poterit ex dictis. Praedicamentum formatur consistit in illa coordinatione praedicatorum essentialium inferiorum et superiorum sed esse superius et inferius subiectibile et praedicabile praesupponit esse cognitum et consequenter praesupponit respectum ad illum cognoscentem quod praedicamentum praesupponit talem respectum et res clara est in specie vel genere nam esse speciem vel genus praesupponit quidem respectum ad illum sed per hunc respectum non constituitur formatur et essentialiter in ratione generis vel speciei sed illum praesupponit tanquam quod nostro praerequisitum et eodem modo dd. de praedicamento formatur.

Ut v. essentialem eius terminum dictaremus sit Chronica secunda.

Illa Relatio rationis in concreto quae praedicamentum formatur constituitur habet pro termino essentiali aliam ~~rationem~~ relationem rationis in concreto nempe res quae subiectibiles praedicati superioris et supremis.

Probatur. praedicamentum essentialiter et formaliter est coordinatio superiorum et inferiorum in qua illa de istis quidditative praedicantur sed hoc nihil aliud dicit quam respectum praedicati ad illum quidditative quod illa relatio rationis praedicamenti constitutiva habebit pro termino essentiali aliam relationem rationis in concreto.

Et sensus h. Chois n. e. in predicamento tm unicam numero relationem rationis
reperiri quam constituat in relatione rationis predicamento sed tot sunt rationes
relationis quot predicabilia quidditativa quae omnia simul sumpta sunt unum
predicamentum et dant tantum unam rationem eo quod in modo respiciendi
suos terminos non dicant centralem et hoc modo isti particulares respectus
rationis constituunt unum predicamentum quod multi lapides constituunt
unum acervum sed tamen cum ordine quidem.
Diximus in Chore et supremis quia quidam predicabilia quae in predi-
camento ponuntur sunt suprema nullum supra se habentia quod ut
genus respiceant sed sunt quasi pro parentes a quibus omnia alia predicata
in eodem predicamento constituta suam originem trahunt.
Ex hac Chore sequitur predicamentum non sumi tantum pro supremo genere
cum ordine illo quod dicit ad omnia quae collocantur in recta linea predica-
mentali sed non sumitur pro aliis generibus et species quae tanquam partes con-
stituunt integrum predicamentum nisi forte supremum genus accipiatur
cum ordine ad inferiora reduplicative quatenus scilicet illa de aliis non
sub supremo genere contentis possunt predicari. hoc n. a nostra Chore
non multum distat et utrumque potest probabiliter sustineri.

Chor 3 8 Conditiones requiruntur conditiones nostrae ad hoc ut
aliquid ponatur pro se in predicamento.

Sed H. Chois ~~illa~~ N. et aliquid poni in predicamento pro se Et. Re-
ductive pro se ponuntur in predicamento illa quae ut ponantur sunt omnia requi-
sita et ponuntur ratione sui. Reductive v. ponuntur illa quae non ratione sui
sed dependentur ab aliis pro se in predicamentis constitutis ad quae redu-
cuntur et quae complementum modus aut affectio sunt.
3 Priores conditiones sunt pro ipsis vocibus quibus res quae in predicamentis collocantur
significari solent.

1a quod conditio ex parte vocis petita est ut sit univoca hinc a praedicamentis rejiciuntur voces analogae et aequivocae et hanc conditionem satis expressi tradit Aristoteles dum egit in Aristotele praedicamentis de univocis

2a est. Ut sit simplex secundum significationem non secundum sonum id non parum referre videtur cum multae dentur voces quae secundum sonum videntur compositae rem tamen significant simplicem, dicitur quod ille vox simplex secundum significationem cui scilicet respondeat unicum significatum quod simplici unico conceptu obiectivo constet non explicite aut compositio unde ex studiis artis rationali substantia extensa et alia. Et hanc cond. non meminit Aristoteles dum in superioribus egit de complexis et incomplexis complexa rejiciendo alia a recipiendo

3a est ut vox habeat accommodatum significandi modum censetur a accommodatus significandi modus quando nomina significantia accidentia significant eam in abstracto, significantia vero substantiam eam significant in concreto et hanc rationem assignatur ista quae series praedicamentalis ordinatur ad hoc ut naturae rerum melius queant dignosci sed substantia completa praedicamentalis ex propria natura est quidam concretum quod dicitur tamen concretum significari, accidens a in se et secundum suam rationem formalem est forma quidam carens ~~[illegible]~~ subiecto cum quo faciat unum per se ut patet quod ut eius naturam melius percipiamus dicitur tamen abstracto significari et de hac conditione plura in solutionibus argumentorum.

4 ex parte rerum conditio est. Ut id quod ponitur in praedicamento per se sit ens reale, divisum non in ro praedicamenta est ens reale quod id quod per se ponitur in praedicamento dicitur esse ens reale. et per hanc 4 conditionem rejiciuntur a praedicamentis entia rationis, entia non impossibilia.

5a. est ut ens praedicamentale sit ens finitum et creatum et non
increatum et infinitum simpliciter cuius ratio est ista. quicunque ponuntur
in praedicamento aut sunt naturae communes contractae ad individua vel
ipsa individua contrahentia sed ens simpliciter infinitum nec
contrahi nec contrahere potest ergo nec esse in praedicamento. probatur minor
quod contrahi recipit perfectionem a differentia ergo non est infinitum perfectum
id est quod contrahit coalescit ex natura contracta finita et propria
differentia quia si est finita non potest cum natura finita aliquod infinitum con-
stituere quia totum finitum ex parte sibi ~~[illegible]~~ finitis nullam habet infinitatem
si vero esset infinita iam continet totam perfectionem ~~[illegible]~~ naturae
quam contrahere dicitur ac proinde frustra illi convenit ad componen-
dum individuum.
6a. est quod entia praedicamentalia debeant esse incomplexa sive
simplicia Ratio hic est. quia entia complexa afferunt plura ut plura
sed plura ut plura potius pariunt confusionem quam distinctam rerum
cognitionem ergo non ponuntur per se in praedicamento, alias non possunt dici
quia omnium rerum ~~[illegible]~~ elementa si essent composita et per hanc Cond.
excludunt ab ipsis omnia entia complexa sive composita quia
plures res certe naturae distinctas metuunt.
7a. est quod ens praedicamentale debeat esse ens per se nam entia
per accidens non constituunt unam essentiam quia sub uno praedicamento
tantum constituunt ergo non possunt in determinato praedicamento collocari
ex hac Condit. colligitur non quod sup. insinuatum est. Accidentia
sic non debere poni in concreto in praedicamento sed in abstracto, nam
ens per accidens non ponitur in praedicamento sed entia in concreto sunt entia per
accidens ergo non ponuntur per se in praedicamento. probatur minor accidentia in
concreto ut album v. g. sequitur hunc sic: Illum et formam habitam quia

sit res diversorum praedicamentorum sed ex rebus ad diversa praedicamenta
spectantibus neque constitui unum ens per se sed tantum unum per accidens quod
accidentia in concreto sunt entia per accidens. hanc ergo cond. a 6a
censemus non multum differre nisi forte alii complexa dici possunt
quae non sunt entia per accidens sed constituant unum per se ut animal et
rationale, diversas quidem naturas explicant et sunt quod complexum tamen con-
stituunt unum per se.
8a est. quod ens praedicamentale quod ponitur per se in praedicamento debeat
esse ens physice completum. H. ratio est quia praedicamentum est series
entium perfectorum sed entia physice incompleta sunt imperfecta quia ex sua
natura ordinantur ad complendum aliud quod est magna imperfectio quod in praedi-
camento debent poni entia completa. Per hoc excludunt a praedicamentis
rerum modificationes quae ordinantur ad complendum aliquod totum, quales sunt
inhaerentia similiter partes physicae materiae et formae, partes tamen integrales ut pes
et manus caput pes, numerantur tamen hic aliquae partes homogeneas sive
eiusdem rationis quales sunt partes aquae et ignis. easque excludunt a praedica-
mentis quia licet istae partes ab aliis separatae completum constituant
individuum, tamen communiter complent aliud quam partes incompletae sed
num hoc verum sit videbimus infra.
Aliqui addunt hic aliam Cond. scilicet ut res ponenda in praedicamento
per se sit virtus, hanc tamen conditionem nos licet in plerisque admittendam
censeamus non tamen in omnibus individua quippe secundum omnes ponuntur in praedi-
sionem esse rationem formalem quantitatis loquimur de Extensione prout abstrahit
ab utraque sic: de Extensione quae facit quod res alii habeat partes quarum
una sit extra aliam vel quarum una non sit alia. Et haec extensio
convenit utrique quantitati tam discretae quam continuae, discretae quidem
quia una pars numeri non est alia et hic discreta quantitas extensionem
quandam in numerabilitate, continuae autem quia una pars bicubiti v. g.
non est alia ut patet. et non una pars hominis non est alia caput n. non est pes
sed sic una pars est extra aliam quod quidam explicant dicentes quantitatem
continuam asserere quandam positionem seu dispositionem partium inter se
ita quod una sit mediata vel immediata alteri et haec ratio una
pars est tanquam sedes alterius sicut caput est sup. collum et ibi
firmatur et digiti sunt in manibus illis immediate uniti tanquam in
propria sede et in hac positione partium extra partem consistit ratio
quantitatis continuae, quando quidem in argumento dicitur quantitatem discretam v. g.
Numerum non habere extensionem Rx id verum est de Extensione
continua, falsum de extensione discreta et tunc ternarius
numerus non extendat 3 homines aut 3. substantias alias extensione
continua ita ut importet partes divisibiles in ratione partium hoc n.
ei non competit sed supponit tali modo homines iam extensas, extendit
tamen homines aut alias substantias in ratione multitudinis nam facit
numerum quod multas asserit unitates.

Arg. 2° Artem q in Cap. de qnte determinavit rationem formalem
et centralem qntis esse rationem mensurae ergo nos male diximus sup. et
in Artem extensionem esse rationem formalem qntis. plus autem nam Artes
probavit rationem esse qntam qa est mensura longitudinis et brevitatis
probavit tamen quod superficies et locus sint distincti species qntis qa superficies
est mensura intrinseca, locus v. extrinseca. ergo 2. Artem ratio
mensurae erit ratio formalis qntis.

Haec sententia videtur in S. Th. q opusc. 52 ait Sapiam rationem qntis
esse rationem mensurae ergo idem quod antea. Ex dictis esse Artem pro-
bassi rationem esse qntam qa est mensura longitudinis, non quod ratio formalis
qntis sit esse mensuram sed qa est proprietas qntis et sic Artes a
posteriori vel per passionem probavit rationem esse qntam sicut si aliquis
probaret Petrum esse hominem qa est risibilis, probaret id non per centralem
et formalem rationem hominis ut patet. sed tamen per proprietatem.

Ad alterum quod dicebatur de superficie et loco esse distinctas species
qntis qa diversimode mensurant. Ex quo haec diversa ratio
mensurandi non faciat diversas species perfectas et completas
qntitatis in linea recta constitutas sed tantum imperfectas et incompletas
qntis species est locus qui tantum reductive spectat ad hoc praedicamentum
imo non distinguitur specie in ratione formali qntis a superficie ut in
physica videbimus et sic quando Artes dixit diversam rationem
mensurae constituere diversas species qntis intelligendus est de
speciebus imperfectis et incompletis. Et ex hoc non sequitur rationem men-
surae esse rationem formalem et centralem qntis, sequeretur a. si per
diversam rationem mensurae assignarentur diversae species completae
in linea recta constitutae.

Ad Locum S. Th. Rx illum loq. de mensura radicaliter sumpta
hoc est de extensione. Vel 2o. Rx S. Th. loq. sdm logicalem con
sideracionem qua sc. logicus considerat quidem in ratione mensurae formaliter
et sic dixit rationem formalem illius consistere in ratione mensurae, non
v. loq. sdm consideracionem Metaph.
Dices si logicus considerat quidem in ratione mensurae ergo ratio mensurae
erit ratio formalis illius Rx nego consequentiam. Alio n. fine considerat logicus
quidem alio Metaphys. Logicus n. considerat illam in ordine ad
praedicacionem et qua quidem praedicatur de substantia ut est eius mensura hinc
est quod logicus considerat illam in ratione mensurae.
Ex quo tamen non sequitur rationem formalem illius consistere in ratione mensurae
sed potius logicus praesupponit eius centiam et rationem formalem a Me
taph. constitutam in extensione illa aptitudinali et hanc centiam
constitutam accipit logicus sub certa alia formalitate sicut supra dictum
est de substantia.
Arg. 3 Si deus crearet quidem extra omne saltem illa non extenderet
substantiam sed tamen seipsam ergo extensio substantiae non est ratio formalis quidem
pat. consequentia quia ratio formalis alicuius rei nunquam potest ab illa separari
sicut est animal rationali nunquam potest separari ab homine quia est ratio
formalis et centralis illius Rx in illo casu quidem quidem actu non
extenderet substantiam, hoc tamen in illo statu separationis talem naturam
et centiam ut possit illam extendere, ideoque dictum est supra. Ex
tensionem aptitudinalem non actualem esse rationem formalem quidditatis
et idea actualis extensio bene potest separari a quidditate, non v. apti
tudinalis. Ex quo pat. ad argum.

DUBIUM SEXTUM

An Divisio quantitatis in Continuam et Discretam sit generis in species et quaenam sint proprietates quantitatis.

Chio 1a. Divisio quantitatis in Continuam et Discretam est generis in species.

Haec Chio est contra aliquos Recentiores qui arbitrantur esse divisionem analogi in sua analogata ut ex argumentis infra patebit.

Sed tamen contra hos Chio. Illae sunt verae species quantitatis quae participant naturam quantitatis illamque contrahunt et determinant per varios gradus in ipsa essentia quantitatis radicatos sed quantitas continua et discreta participant essentialiter naturam quantitatis essentiamque illius contrahunt per varios gradus ergo haec divisio est generis in species ma. pat. in arguti respectu hominis et bruti pro ma. Et in prima quod participent essentiam quantitatis quae consistit in extensione aptitudinali pat. nam continua quantitas est extensio et in quantitas discreta est extensio ut praecedenti dubio dictum est, competunt ei omnes proprietates quantitatis quae est divisibilis et measurabilis ergo ma. quae ad istam partem vera, quod v. determinent essentiam quantitatis per aliquos gradus in ipsa radicatos probatur essentia quantitatis est extensio sed aliam extensionem dicit quantitas continua, aliam v. quantitas discreta ergo addunt aliquos gradus distinctos in ipsa essentia quantitatis radicatos ergo pat. pro ans. In quantitate continua partes extensae sunt continuae et divisibiles in quantitate discreta v. partes sunt discretae et indivisibiles vel inextensae ut pat. in numero ternario, ergo alia extensio est in quantitate continua et alia indiscreta.

Chio 2a. Quantitas completa est genus respectu quantitatis continuae et discretae.

Haec Chio ponitur ex Maiori explicatione praecedentis Chionis.

Et pro. Illud est genus quod predicatur de pluribus specie differentibus
in quo sit quantitas completa in eo predicatur hoc modo de continua et dis-
creta quod illa erit verum genus respectu illarum. pro. m. in pro. quod
quantitas completa predicatur in quo de continua et discreta quantitate pat.
Quanti sicquidem quod sit quantitas discreta et continua recte Rx quod
sit quantitas. quod v. dicunt specie pat m. non enim solo numero dicunt
cum habeant diversas dicunt centrales quod differunt specie
Et hoc magis patebit infra in declaratione quantitatis continue et discrete
quarum naturas et centras quantitatis describit cum descriptionibus suis
explicatur unde et sit

Ctio 3. Quantitas continua definiri solet communiter hoc modo quod sit
extensio quedam cuius partes copulantur termino communi ut v. g.
Linea est quantitas continua cuius partes copulantur termino communi sc. puncto
Qui terminus dicitur communis quia dicitur esse finis unius partis et principium alterius
et est sermo de termino continuativo formaliter si non sermo sit de termino
inchoativo aut terminativo scilicet ut est primum et ultimum
punctum in linea illa non potest dici communis terminus sed potius singulis
quia tamen se habet in ordine ad unam partem et hinc non est quod terminus quantitatis
continue debeat esse quod indivisibile in quantitate existens, si non esset alterius
divisibilis iam non posset dici terminus cum haberet adhuc aliquid aliud pro termino
et hoc indivisibile in linea est punctum, in superficie linea In
corpore superficies.
Dices. Linea est divisibilis similiter et superficies quod non potest dici
terminus communis de cuius ratione est indivisibilitas Rx Lineam sicut et
superficiem esse divisibilem manifestum, non formaliter in ratione termini in
quantum sic: Ex linea et superficie componuntur certe species quantitatis
continue, licet non linea secundum se sit divisibilis quia est quantitas non tamen
est divisibilis in quantum constituit superficiem sed sub hac ratione

in hoc suam indivisibilitatem. in hoc suam divisibilitatem
Haec quantitas continua solet dividi in successivam et permanentem
Permanens est extensio partium simul existentium quae copulantur tamen
cum ut linea est quantitas continua permanens quia omnes eius partes existunt
unitae tamen cum quantitas successiva est illa cuius partes copulantur tamen
cum sed non simul existunt ut tempus est quantitas successiva cuius
partes praeteritum sc: praesens et futurum copulantur tamen cum instanti
sc: vel momento sed tamen non simul existunt hoc est eodem tempore
sed una pars succedit alteri, unio tempori sicut et motui repugnat
nam haec partes simul existentes quia ex sua essentia est ens successi-
vum de cuius ratione est haec partes sibi invicem succedentes.
Quantitas continua permanens dividitur rursus in lineam superficiem
et corpus. Linea est extensio quaedam habens longitudinem sine la-
titudine et profunditate. Superficies est extensio habens latitudinem
et longitudinem absque profunditate. Corpus est extensio habens longitu-
dinem latitudinem et profunditatem.
Tertio cum haec quantitas sup. sit possibilis Etchic No. distinctio
Inter corpus praedicamenti substantiae et nihil corpus quod ponitur in praedicamento
quantitatis. Corpus substantiale directe positum in praedicamento substantiae nihil
est aliud quam totum compositum naturale ex materia et forma sicut homo dicitur
corpus sive substantia corporea quia est compositus ex materia et forma et dixi
Corpus substantiale directe positum dicere totum compositum quia corpus
reductive positum in praedicamento substantiae non asserit totum compositum
sed tantum partem aliquam componentem ut materiam vel partem integrantem
ut pedem aut manum et corpus in hac acceptione sumptum quod significat
tantum partem compositi naturalis ad nullum praedicam. directe spectat
quia ut sic est ens incompletum. Corpus ergo quod directe ponitur in praedicamento
quantitatis distinguitur a corpore sumptum utramque priorem consideratione

Et nil est aliud quam quantitas, sive extensio in partibus in suo conceptu essentiali trinam dimensionem, nempe longitudinem, latitudinem et profundum, quam supponens tamquam fundatum ipsum corpus substantiale.

Circa has duas divisiones est gravis concertatio An sit genus in species vel analogi in sua analogata. Et circa 1. quidem quaerit An quantitas successiva sit: Tempus vel Motus sit vera species quantitatis derecti posito in praedicamento quantitatis quidam affirmant quidam vero negant sed quia haec res physice vel potius Metaph. negotii esse videtur, nil nos hic determinabimus, utraque enim opinio est probabilis. Rationes quae pro utraque parte afferri solent sunt multae nos una vel altera contenti erimus.

3a pro parte affirmanti sit haec. Tempus et motus habent proprias extensiones distantes ab extensione lineae superficiei et corporis quae constituunt proprias species quantitatis consequentiae patet. Probatur antecedens. Linea superficies et corpus sunt extensiones partium vel rerum permanentium, extendunt res permanentes ut dictum est, atque motus et tempus habent extensiones successivas et extendunt res successive quae habent proprias et distantes extensiones.

3a est ratio partis negantis. Et in primis de Motu Motus est secundum Artem post praedicamentum quod non poterit esse certa species alicuius praedicamenti consequentiae patet. Deinde Motus est ens incompletum quia est actus entis in potentia quod in potentia quod non potest esse species praedicamenti quantitatis, quia debet esse quod completum. De tempore idem probatur. Tempus non est per se extensum quod non est species distincta quantitatis consequentiae patet. Probatur antecedens. Tempus dicitur extensum in ordine ad motum, Motus vero in ordine ad spatium in quo fit motus quod tempus non est per se extensum sed per aliud sic: per motum quod non est species quantitatis et haec ultima sententia negantis nobis magis placet

Unde ad rationem pro affirmativa. Ad illam extensionem non competere
motui et tempori per se sed per aliud sic: per spatium, imo tempus
cum non sit alia entitas realis quam motus a quo sola ratione differt
non poterit esse certa species generis sicut nec ipsi motus. Et cum Artes
hic numeravit tempus inter species generis id facit non ex propria
sed vulgi potius sententia. Ex quo facile patet quaestio sit haec divisio
Est enim potius analogi in analogata quam generis in species.

Circa 2. m divisionem generis continui in lineam superficiem
et corpus est quaestio An haec 3 membra sint vere species generis
continui. Ad affirmativam. Ratio est haec 3. membra participant
essentialiter naturam generis continui et insuper habent differentias essentiales
in ratione formali generis radicales ergo sunt vere species generis continui
et quidem adaequate. nec enim ulla alia species afferri poterit
Unde putamus locum non esse speciem distinctam generis continui
a superficie quia locus secundum eius definitionem nihil est aliud
quam ultimus superficies corporis continentis immobilis
de qua definitione plura dicimus in physica

Ctio 4a. Quantitas discreta est cuius partes nullo termino
communi copulantur vel cuius partes ad nullum terminum communem
copulantur ut numerus ternarius v. g. est quantitas discreta
quia partes eius non uniuntur cum aliquo termino communi quam unam partem
necessarium alia sed omnes eius partes sunt discretae sive separatae
ut patet.

Quantitas discreta dividitur in Numerum et Orationem. De
divisione non quaestio est quaestio sit. Ad Numerum esse veram
speciem generis directe possibilem in praesenti praedicamento
non vero orationem.

Ad 1. Numerus est ens per se completum quod spectabit ad aliquid
praedicamentum per se sed non ad aliud quam ad hoc praesens quod erit
vera species subalterna illius. Probatur ma. numerus est genus respectu
ternarii et quaternarii quod erit ens per se completum consequentia
pat. E
Ex. pbr. Oratio non est per se extensa quod non poterit esse species quantitatis
consequentia pat. probatur antecedens quia oratio est extensa ad extensionem ipsius
motus pronunciationis quod non est per se extensa.
Utraque tamen non sunt probabilis unde quod magis placuerit defendi
poterit.
Ad 5. 5. Assignari solent proprietates quantitatis.
Prima est quantitati nihil est contrarium. Haec proprietas non convenit quanti
4o modo cum non conveniat substantiae. Exempl. h. proprietas est
tinea quae non contrariatur alteri tineae, cum ab eodem substantia
se mutuo non expellat, quae tamen expulsio requiritur ad hoc.
Ex. proprietas est quantitas non suscipit magis et minus probatur sus
cipere magis et minus est intendi et remitti in eodem subiecto
sed intensio et remissio convenit tamen qualitatibus quod non est ergo proprietas
et haec proprietas non convenit quanti 4o modo cum non conveniat substantiae
3 est. quod sunt quantitatem aliqui dicunt aequalia et inaequalia, nam duo
tigna vocantur aequalia quia habent aequalem extensionem et duae actiones dicuntur
aequales quia earum tempora sunt aequalia et tempora dicuntur aequalia quia motus sunt
aequales et motus dicuntur aequales quia spatia sunt aequalia.
Haec proprietas ut illius Nb. ex Caret. Aequalem posse et Inni p.
proprie ut distinguitur ab similitudinem et dicit relationem unius quanti
ad aliud quantum sunt negationem excessus hinc et inde et sic sequitur
quantum et est proprietas illius.

Alio mo sumitur Aequalitas Metaphorice quae pro ut idem est quod perfecta
similitudo et nil est aliud quam relatio unius se habentis ad modum
quali, ad aliud si habens ad modum quali secundum negationem excessus
hinc et inde et sic aequalitas seu quantitatem similitudinarie dictam
sc. quantitatem virtutis de qua sup. Et ex hoc DD. facili possunt
solvi omnia argumenta quae fieri solent in hanc proprietatem quae secundum Aristotelem
competit quantitati 4o mo, ut eius verba clare indicant. Si tamen
intelligatur de aequalitate vel inaequalitate proprie sumpta. Est tamen
aliquantis difficultas An ipsa relatio aequalitatis vel inaequalitatis
sit proprietas quantitatis An potius fundatum h. relationis. Secundum Caiet.
videtur ipsa relatio esse proprietas quantitatis. Alii v. dicunt Aptitudinem
sive fundamentum ad habendam aequalem vel inaequalem
extensionem esse proprietatem quantitatis et hi Auctores magis placent.
Differtur ipsa proprietas sumpta pro aptitudine ab ipsa quantitate eo
mo quod a substantia distinguitur modus substandi accidentibus si:
sola ratione ratiocinata.
4a. Proprietas quantitatis est divisibilitas quae competit in illi 4o
mo et non intelligitur de actuali divisione, haec namque est merum
accidens sed intelligitur de proxima potentia ad divisionem praescindendo
a divisione physica et Mathematica. Divisio Mathematica
est illa quae sit tantum per designationem alicuius unam partem ab alia se
parantis et quod sit proprium quantitati potest dividi non eget longa
probatione quia quantum ex eo quod sit quantum dicitur habere partes extensas
Et ita ~~[illegible]~~ in nostro dicitur esse divisibile, omne enim in partes quas habet potest dividi.
5a. est esse Mensuram sumendo mensuram tam active quam passive
et haec mensurabilitas non convenit quantitati 4o mo. Si enim sumatur
ratio mensurae activae illa non convenit uniuersaliter quae tamen non est quantitas cum

careat omni pluralitate extensionis, si s. sumatur passive ratio mensurae non convenit quantitati nisi illa n. non potest mensurari, quod si loquimur de quantitate tunc similiter ratio mensurae convenit ei secundum modum sic: omni quantitati et si non soli. Et quod ratio mensurae sit proprietas quantitatis probatum est sup. dub. 5. His proprietatibus solent nonnulli annumerare, impenetrabilitatem et non male quia impenetrabilitas hoc modo describitur impenetrabilitas est incompossibilitas duorum corporum in eodem loco quae incompossibilitas oritur ex vi quantitatis sive extensionis aptitudinalis de qua plura alibi.

Arg. 1° Una species non potest praedicari de altera sed quantitas discreta praedicatur de continua ergo non erunt duae species. et consequenter 1a divisio non erit generis in species, ma. pat. quia duae species sunt contrariae oppositae ergo nequeunt de seipsis praedicari. Probatur de lineis quae sunt quantitates continuae dicitur quod sunt 20 cubi 5 sed hic numerus est quantitas discreta ergo illa praedicabitur de continua. Ratio 2a ma. non potest praedicari contrariae secundo ma. denominativae ergo ma. Exempl. h. rei clarum habemus. In 3 verbis quae sunt vere species verbis et tunc sed verbis quod sit species praedicatur de 1. genere sic: quod sit species.

Arg. 2° Nulla species potest fieri ex alia sed quantitas discreta fit ex quantitate continua ergo non erunt duae species ma. pat. in omnibus speciebus. Non hoc potest fieri ex equo. ma. plus ex divisione continui resultat numerus et est communis quod numerus fiat ex divisione continui ergo quantitas discreta fit ex quantitate continua. Ratio 2a ma. nulla species potest fieri ex alia formaliter secundo ma. materialiter ergo ma. sicut numerus ternarius quae species differt a binario fit ex binario non formaliter sed tunc materialiter. Dices si discreta quantitas fit materialiter ex continua ergo quantitas prius praedicabitur de continua quam de discreta ergo quantitas in eo non habebit rationem generis

respu gentis stimmi et discretae qa gnus n̄ p̄dicat p̄ prius et posterius
Rx dic. 1. eius gō p̄dicabit p̄ prius de stimma maiorit secu-
sseq. fortit nō sseq. et sic n̄ nōq ultima sseq. qa ut aliqd
ex. tudat a ratione gnis dt fortit p̄dicari p̄ prius et posterius
hoc ē sdm fortitudo ut pat in Eulo respu substiae et accidentis.
Rx 2. ad argtm. Numerum p̄ se n̄ fieri ex divisione stimmi
sed tm p̄ accns ut pat. in numero caelorum q n̄ videt fieri ex
divisione stimmi.
Alia argta q fieri solent ea proprietates gentis videri poterunt
in Auctoribus.
Unum tm Dub. p plenori gentis ultra restat solvendum. An
entitas sc: differat realiter a substia an tm ratione ratiocinata
Huic dub. Rx 1. Entitem distingui fortit a substia. pro
qa gentas et substia constituunt duo distia p̄dicamenta ut pat.
gō dnt distingui fortit sseq. reali inferr ex dictis sup. de
distinctione p̄dicamentorum inter se et p distinctionem fortem
hic intelligimus distas distinctiones sunt distinctos conceptus.
Rx 2. Entem n̄ tm fortit sed tm realiter distingui a substia.
Pr. Illa distinguitur realiter q ab invicem possunt separari vel
quam unum p̄t existere sine alio in rerum nāa sed gentas
p̄t separari a substia et separatim ab illa existere in rerum
nāa gō distinguitur realiter ab illa, ma. videt certa nec n.
evidentiis signum distinctionis realis p̄t assignari sine separatione
unius ab alio a p̄te rei. ma. pat. In Venerabili Sacramento
Eucharistiae ubi sdm fidem substia panis convertitur mirabiliter
in substiam corporis Xi remanente sola gentis panis cum aliis accidentibus.

pt separatim gratias existere a substrato et quod distinguatur realiter ab illa et haec de quantitate dicta pro nunc sufficiant.

Haec de quantitate sint dicta et scripta.

CAPUT DE RELATIONE.

DUBIUM SEPTIMUM.

An Relatio constituat distinctum genus Entis et quae conditiones requirantur ad relationem praedicamentalem.

Sensus est An relatio constituat praedicam. distinctum ab aliis. Hoc antequam probetur. Videndum est an relatio sit verum ens reale, quidam enim relationes naturam ita diminutam existimant ut ei nullam entitatem realem audeant attribuere. Sed contra hos est.

Ctio 1a. Dantur aliqui relationes quae veram et realem habeant entitatem.

Haec est communis inter Peripateticos et sensus eius est. dari relationes aliis quae sint vere entia realia.

Probatur 1o. Ex ipso Arte. Membra dividentia debent participare naturam divisi sed divisum in 10 praedicamenta est ens reale ergo illa debent participare naturam entis realis. Tunc sic. sed secundum Artem et omnes Peripateticos relatio est unum ex 10 praedicamentis ergo cum participabit naturam entis realis ergo dabuntur aliqui relationes quae veram et realem habeant ~~entitatem~~ et non tantum convictam per illam.

Probatur 2o. Ens reale est illud quod independenter ab illo existit in rerum natura sed aliquis habitudo et respectus unius ad aliud dari independenter ab illo ergo dabitur aliqua relatio quae sit ens reale ma. et consequentia pat. pater ma. independenter ab illo dari pat. et filius dominus et servus ergo eodem modo dabitur paternitas et filiatio sive relatio paternitatis et filiationis consequentia pat. non ~~est~~ n. pt dari ipsius fontis sine ~~[illegible]~~ [illegible]

sed tunc ultra. sed istae entitates quae sunt dantur a parte rei non sunt absolutae quae erunt respectivae quae dabuntur relationes quae sunt entia realia.

Ctio 2a. Praeter Relationes reales dantur multae relationes rationis

Haec Ctio sit est notissima. probatur tamen ratione. Illae sunt relationes rationis quae tantum resultant per illas actiones sed dantur multae tales relationes quae sunt relationes reales dabuntur multae relationes rationis. ma pat. ex definitione entis rationis probatur mi. esse subiectum esse genus vel speciem formaliter dicit relationem sive respectum naturae ad sua inferiora sed illi respectus tantum resultant per illas actiones ut sup. diximus quod mi. vera.

Probatur 2o. Illae sunt vocandae relationes rationis quae non consequuntur rem ipsam ex propria natura sed dantur multae tales relationes quae idem quod antea. ma. est S. Th. 1a p. quaest 28 a. 1: probatur mi. esse genus v. g. non sequitur ipsam rem animal sed: ex propria natura sicut et esse speciem non sequitur hominem ex ipsa natura, alias posito quocumque animali vel homine ibi esset genus et species quod absurdum est. resultant quae similes relationes ex sola actione illas et non ex ipsa rerum natura quae erunt relationes rationis tantum.

Confirmatis quae istis quae sunt: dantur relationes quarum aliae sunt reales aliae rationis, relictis relationibus rationis, inquirendum est de relationibus realibus An sint in aliquo praedicamento et An illud praedicamentum in quo sit sit distinctum ab aliis. Et hic quae explanatione sit.

Ctio 3a. Relationes aliquae Reales ponuntur in certo aliquo praedicamento.

Probatur. Omne ens reale creatum et finitum debet poni in praedicamento aliquo directe si completum est, indirecte si incompletum quia ex praedicamenta mutuantur omnia entia creata et ad illa revocantur omnia entia creata sed relationes dantur aliquae reales sunt entia finita

et creata et quidem completa quae dicitur reponi in aliquo certo praedicamento
ma pat ex conditionibus requisitis ad hoc vel aliquid ponendum in praedicamento
plus mi. In pars illae relationes sunt reales et iam dictum est, deinde
non habent contrariam infinitam sed sunt creatae et limitatae naturae, nisi
quis velit ponere plura entia increata quae nihil absurdius dici potest.
Sed non entia completa in sua linea quia non ordinantur ad componendum
aliud tanquam pars quae dicitur poni in aliquo certo praedicamento et quidem
directe.
Diximus Aliis relationes reales debere poni in praedicamento, non omnes quia
relationes transcendentales sunt reales et tamen non ponendum in uno certo
praedicamento sed potius vagantur per omnia ea praedicamenta et sunt intime
mitusae in ipsis entibus rerum.

Cap. 4. Relationes reales constituunt peculiare et
distinctum praedicamentum.

Sub 1. Peculiares modi essendi constituunt peculiaria et distincta
praedicamenta sed relationes reales habent peculiarem et distinctum modum
essendi quae constituunt peculiare et distinctum praedicamentum. ma.
pat. ideo n. substantia constituit speciale praedicam. distinctum a praedicam.
qualitatis quia habet distinctum modum essendi sic: per se. plus mi. relationes
reales habent modum essendi in ordine ad aliud referendo se:
ad aliud extremum vel correlativum sed esse est
peculiaris modus essendi nec n. competit substantiae aut qualitati neque
aliis praedicamentis ut patebit discurrenti per singula praedicamenta
quae mi vera.
Sub 2. Praedicamenta diversa sumuntur ex diversis modis praedi
candi de 1a substantia sed relationes reales habent diversum modum
praedicandi de 1a substantia quae habebunt in diversum praedicamentum
ma. ex dictis constat. plus mi. relationes praedicantur de 1a substantia relati
referentes ipsam 1am substantiam ad suum terminum quae habent peculiarem

modum praedicandi de 2a. substantia ut cum dico Petrus est filius Pauli est Pater et haec magis patebunt infra cum de natura relationis praedicamentalis sufficiens agemus.

Sed 3. Ens reale divisum in 10 praedicamenta immediate dividitur in absolutum et respectivum sed relationes reales non constituunt aliquod praedicamentum ex absolutis, cum ex propria natura sint habitudines unius ad aliud ergo constituent aliud distinctum sc. hoc de quo est modo sermo.

Antequam assignemus Conditiones petitas ad hoc ut aliqua relatio realis ponatur in praedicamento aliquos terminos in hac materia valde usitatos breviter volumus explicare et sunt sequentes sc. Relatio Relativum Correlativum, Extremum relationis, Fundatum Remotum, Ratio fundandi et Terminus Relationis. &c.

Relatio est Habitudo sive respectus unius ad aliud vel potius est Accidens quidam praedicamentale quo unum accidens refertur ad aliud v. g. Paternitas est relatio quia nil aliud dicit quam respectum vel habitudinem qua pater refertur ad filium, sicut et filiatio est relatio quia nil aliud dicit quam habitudinem ad Patrem.

Relativum sive Relatum dicitur illud quod tali constituitur formaliter et refertur ad aliud per ipsam relationem sic pater dicitur relativum sive relatum quia est id quod tali formaliter constituitur et refertur ad aliud per relationem paternitatis sc. Correlativum dicitur quodlibet relativum quod alteri relativo respondet mediante alia relatione. Et ut breviter dicamus Correlativa dicuntur quae mutuum quasi relationem accipiunt ut dominus refertur ad servum et servus ~~[illegible]~~ excipiens relationem domini, dicitur correlativum illius quia dominus sit vicissim relationem servi trahere. Hinc apparet omnia correlativa esse relativa sed non est ita omnia relativa esse correlativa ut Pater et dominus sunt quidem relativa sed non correlativa.

Trg à terminando dr et distinguitur à correlativo in hoc quod
cum alicuius relativi relationem tret ipsius tn entitas e absoluta
et n relativa unde nata e distinctio relativorum in relativa
mutua et n mutua. Terminus igitur magis tali pot. ijm correlati
vum, oe n. correlativum e trg, n tn ois trg e correlativum.
Extremum sive sltum Relationis dr illud quod à Relatione denominatur
ut Sophronisci ho. dr extremum sive sltum paternitatis
et paries dr extremum sive sltum similitudinis et dr hac
sulla extrema relationis qa relatio n immediate exercetur inter extrema
relationis sed inter relativa.
Fundtm Remotum relationis dr illud quod extremo e causa relationis
cum cur referatur ad aliud et cui immediate inhaeret relatio ut
fundtm remotum v. g. similitudinis inter duo alba e ipsa albedo
ipsa n. e causa cur unus paries referatur ad alium relatione similitu
dinis et albedini immediate inhaeret relatio similitudinis
Dr hic. Extremum et fundtm remotum n sp distingui inter
se. nam una gratias dr aijtis vel maijtis alteri n p alijm
sibi superadditam entitatem sed p seipsam et una gratias referatur
ad aliam licet nullum sltum sive extremum superet ab ipsa
entitate distinctum.
Ratio fundandi cum proximum fundtm nil e aliud ijm conditio
petita ad hoc et in sullo oriatur relatio, sic generatio dr ratio
fundandi cum fundtm proximum relationis paternitatis, nisi n. generatio praecederet
pater n poet dici talis respu filij et de hac ratione fundandi cum
fundto proximo plura infra.
Explicatis terminis. 6 assignamus Conditiones utrius requisitas ut
alij relatio sit realis praedicamentalis.

1a. est petita ex parte rationis fundandi sc: ut sit realis, ratio est quia relatio
praedicamentalis est accidens reali existens quod ordo quod ad eius existentiam
requirit dicit esse realia sed unum ex requisitis est ratio fundandi quod
dicit esse realis.

2a. Petita ex parte fundati Remoti est ut fundatum remotum sit
ens reali, ratio est relatio praedicamentalis est accidens reali quod illud cui
inhaeret dicit esse ens reali sed relatio praedicamentalis inhaeret fundato
ut dictum est quod dicit esse quid reali, imo cum fundatum remotum aliquid
non sit causa relationis praedicamentalis et haec sit verum ens reale
nostro et ipsum dicit esse ens reale, unde clare sequitur in cuilibet rationis non
potest fundari relationem praedicamentalem.

3a. Conditio ex parte eiusdem petita est ut fundata inter quae intercedit
relatio sint realiter distincta, ratio est quia relatio est quaedam oppositio relati-
va inter extrema relata quod fundata quibus inhaeret relatio dicit esse
distincta consequenter. idem non sibi ipsi realiter non potest opponi. Ex hoc
Inferitur quod si Deus poneret eandem numero albedinem in subiectis realiter
distinctis v. g. in Petro et Paulo quod illa relatio similitudinis non esset realis
praedicamentalis sed tantum rationis quia fundatum remotum sc: albedo cui inhae-
ret relatio similitudinis esset unum quid realiter, unde relatio identitatis eiusdem
ad seipsum non est realis praedicamentalis sed rationis tantum. Videatur S. Th. p. 1. q. 42
a. 1 ad 4 [illegible]

4a. Ex fundato Remoti petita est quod sit in utroque extremo positive
et sit capax et proportionatum ad recipiendum relationem praedicamentalem
unde licet Deus veri denominetur dominus a creaturis non tamen referatur relatione
praedicamentali ad illas quia non est capax alicuius accidentis sibi de novo
advenientis cum sit omnino immutabilis.

3° relata ex parte termini est ut ipsa non sit nisi cum actuali existentia. Unde
existentiae ad non existens non datur relatio praedicamentalis realis praedicamentalis.
Ratio est quia relatio praedicamentalis consistit in habitudine in utroque extremo
et consequenter in termino, qui est unum extremum relatum, sed accidens nequit
inhaerere in illo quod non est, quia ut suam denominationem tribuat utrique
extremo relato postulat existentiam termini, verum de hac conditione
plura infra.
4° est. Ut terminus et Relatio praedicamentalis realiter distinguantur. Ratio est:
quia relatio affert realem oppositionem, sed realis oppositio non potest esse
inter indistincta realiter, ergo debet distingui a termino tamquam opposito
alteri relativo.
Ex dictis colligitur Relationem praedicamentalem esse verum accidens
intrinsece inhaerens ipsi fundamento cum rebus relativis similitudinis non accidentali
intrinsece inhaerens, quod est contra nonnullos putantes relationem praedicamentalem
esse tantum denominationem extrinsecam ita ut posito fundamento et
termino posita sit relatio non per rationem fundamenti non sit verum fundamenti aliud accidens
[illegible] dicitur referri ad se invicem.
Arguitur contra hoc verum dictum hoc modo. 1° Omnis denominatio similitudinis
[illegible] ab aliqua forma, sed non est aliqua forma a qua veniat denominatio similitudinis
ab aliqua forma sed non est aliqua forma a qua veniat denominatio similitudinis vel
similitudo non affert aliquam entitatem intrinsecam quam similitudo vel
relatio praedicamentalis et constat tantum in denominatione ex
[illegible] relatio praedicamentalis non est aliqua forma intrinseca. Maior est omnis forma in-
trinseca sed dicit aliquam formam intrinsecam. Minor est
quia est aliqua forma a qua posset denominatio similitudinis venire
albedo existens in utroque, sed ab albedine non fit denominatio
similitudinis quia nulla alia forma est a qua posset talis denominatio
[illegible] albedo est accidens absolutum spectans ad qualitatem
[illegible] sed accidens absolutum nequit tribuere relativam denominationem
sed accidens absolutum nequit

latini qualis est denominatio similis quod dicit alia forma relativa dari
a qua proveniat haec denominatio et haec forma est ipsa relatio similitudinis
Ubi 2° argumento Theologico. Relationes in divinis quae ad ultimum non con-
ceptum sunt aliquid reale intrinsecum non inhaerens quidem sed omnino identi-
ficatum cum essentia et natura divina quod non similitudo unius albi
ad aliud est accidens inhaerens intrinsece reddens sanctam similia
sicut dulcedo reddit sultum dulce et in hoc accidente respectivo
superaddito rei quae refertur ad aliud consistit hoc praedicamentum relationis.
Arg. 1. Relatio est comparatio unius extremi cum alio sed comparatio
est actus intellectus pertinens ad praedicamentum actionis vel qualitatis quod relatio non constituit
speciale praedicamentum. Respondeo ma. relatio n. non est comparatio
formaliter sed potius habitudo et respectus inter duo extrema quae ad se
invicem realiter referuntur v. g. relatio similitudinis inter duo alba
non est comparatio intellectus sed reale quidam accidens intrinsece inhaerens
ratione cuius duo alba dicuntur formaliter similia in albedine, verum
quidem est comparationem quandoque pertinet relatio tenet principaliter ipsa
tamen relatio non consistit formaliter in tali comparatione.
Arg. 2°. Illud quod est commune enti reali et rationis non constituit speciale
praedicamentum sed relatio est communis enti reali et rationis quod non constituit
speciale praedicamentum. ma. pat. qua tali commune non est univocum
quod non potest esse aliquid supremum genus. pl. m. alia n. relatio est realis
alia rationis quod relatio est communis enti reali et rationis. Respondeo ma. et
et. m. relatio in communi est rationis reali et rationis concedo ma. relatio realis
talis neg. m. nos n. non diximus relationem in communi constituere speciale
praedicamentum sed relationem realem, neque tamen omnem sed illam tantum quae habeat
conditiones sup. enumeratas et hoc magis in patebit infra.

Arg. 3. Duo alba specificant relationem similitudinis quae contra addit
specialiter et distincte solum in referendo ad [illegible] [illegible] ergo [illegible]
duo alba [illegible] ipsa [illegible] sunt tantum similitudo sed sunt species alba quae sunt
species non similia. Conf. Deus substantia similis sed non [illegible] aliquo
accidente alteri Deus substantia non [illegible] similitudo in substantia sed in accidente
quod duo extrema possunt intelligi relata absque ulla alia forma [illegible]
addita. Resp. Dico [illegible] similitudinis species est relatio fundamentalis [illegible]
fundamentalis sed [illegible] duo [illegible], species non relatio [illegible] fundamentum
assimilandi, [illegible] ratio formalis [illegible] [illegible] quod duo alba
sunt formaliter similia et eadem [illegible] dist. [illegible] sequentis [illegible].
Ad Conf. Resp. eadem [illegible], illas substantias species relatione intelligi similes
fundamentaliter et [illegible] negative, [illegible] formaliter et positive [illegible]
substantia alteri subsistenti [illegible] positive subsistens sed tantum negative
[illegible] Deus substantia species est relatio [illegible] similis [illegible] formaliter
sed tantum negative et fundamentaliter, [illegible] illas [illegible]
similes in substantia sed [illegible] aliquo accidente sed [illegible] mediante aliquo
accidente respectivo formaliter fiunt similes et referuntur in [illegible]
substantia tamen [illegible] sit assimilatio [illegible] relatio.
Arg. 4. Relatio adveniret [illegible] [illegible] sine [illegible] mutatione quae sit realis
intrinsecum [illegible] impossibile [illegible] et aliquam
res de novo acquirat aliquam entitatem realem et [illegible] mutatio. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] in hispania [illegible] resultabit relatio simi-
litudinis [illegible] alteri existenti in Germania sed in [illegible]
[illegible] nulla [illegible] quae [illegible].
[illegible] [illegible] aliquam [illegible] et [illegible] [illegible] dicend[illegible]
[illegible] impossibile acquirere aliquam entitatem realem absolutam de
novo et [illegible] mutari, possibile [illegible] acquirere entitatem realem relativam
absque [illegible] mutatione sed [illegible] nulla. [illegible] [illegible] Andreas [illegible]

ideo n̄ ponit aliq̄ relaō realis in Deo ex tpe illi conveniens qa mu-
tarent gō sdm Auctores istos relaō realis n̄ pt advenire sutto
sine aliq̄ eius mutaōe alias certe nil obstaret q̄ minus Deo plures
relaōes reales ex tpe convenirent qd tn̄ sane Theologice repugnat
Unde Ry alt Nō Mutaōem Et accipi pōe 1o p mutaōe ppre
dicta q̄tis ē mutaō physica q̄ fit p motum v.g. alteraō aug-
mentaō et p talem mutaōem n̄ fit relaō qa ad relaōem n̄ ē
p se motus ceu mutaō physica. 2o accipit Mutaō pro eo qd ē rem
mō hrē aliqm foām ijm antea n̄ habebat sine illa foā pducat
p motum sine consequi ad aliam foām pductam q̄ vocat mutaō
Metaphca et cum tali mutaōe advenit sutto relaō et sufficit
ut relaō dicat ens reale intrinsece afficiens sutum et ideo negamus
Deo competere aliqm relaōem realem ex tempore qa alias
Deus mutaret siqdem in tpe hret aliqd reale sine aliqm
foām realem ijm ab aeterno n̄ habuerat et hoc ē mutari
metaphysice nam si sutum pt recipe hanc realitatem gō
habebat aliqm pōtitatem ad illam suscipiendam et sic iam
alt se hl nam refert ad id, ad qd antea n̄ refere tat realit
et sic aliq mō mutat. Ex q̄ pat ad argtm.
Arg 5. Unitas ē raō fundandi relaōem fdicamentalem et
tn̄ n̄ ē ens reale gō 1a oditio n̄ ē bene assignata ma pat ex Arte
m. pli. Unitas de foāli dicit negaōem atq negaō n̄ ē ens
reale sed raōis ut sup. visum fuit gō m. vera.
Huic argto aliq Rnt et satis pbabilit. Unitas p foāli n̄ ē
ens reale sed raōis neq raōem fundandi sp debere ē aliqd
reale ut pbat argtm, Et ad raōem nram supra allatam p 1a
oditioē Rnt n̄ ē nrum ut ad accns reale aliqd ostituendum

ora concurrentia sunt entia realia quae sunt in generatione, ad illam
n. requirit negatio formae introducendae in materiam et privatio alterius
formae. Sed sit quidquid sit nostra ratio manet in suo robore. Respondeo
ad argum. n. est ens reali positivum concedo m. remotivum negatio mino.
est quod unitas ens aliquid reali remotivum sicut sup. de caecitate
et tenebris dictum est. quando quidem dicunt unitatem esse ens rationis
intelligendi per quando negatio concipitur formaliter ad modum sc. formae in-
formantis subiectum, non v. m. quoniam affert negationem unius ab altero
illa n. negatio non est merum ens rationis sed ens reale remotivum
cum a parte rei Petrus non sit Equus et secundum hanc considerationem
unitas est ratio fundandi relationem praedicamentalem.
Variae ab Auctoribus assignantur relationis divisiones. 1a est illa qua
dividitur relatio in realem et rationis, quod sit relatio realis et rationis,
dictum est sup. 2o dividitur in Relationem transcendentalem
et Praedicamentalem, Transcendentalem vocant illam quae ad
cuiuscumque rei centrum spectat et ad nullum certum praedicamentum
pertinet sed per omnia vagatur et vocatur transcendentalis quia nulla res
est quae illam possit supersugere. Relatio praedicam. est cuius totum
esse est se ad aliud habere. Haec divisio nostro modo non differt
ab illa qua dividitur relatio in relationem secundum esse et secundum dici vel
si magis placet loqui in Concreto in Relativa secundum esse et secundum dici
Relativa secundum esse per illa quae 1o et principaliter explicant relationem
cuius totum esse est ad aliud se habere sc. ad terminum ut per Pater et
Filius Dominus et Servus.
Relativa secundum dici appellantur illa quae habent secundum se nullam explicat
relationem nequeunt tamen explicari aut bene intelligi sine ordine ad
aliud sic sera habet secundum se non explicat relationem sed quietatem
potius, tamen nequit intelligi absque ordine ad scibile sive ad subiectum.

et ideo dicit quod sit ens relativum secundum dici dici dici.
Diximus has duas ultimas divisiones non differre inter se quia relationem praedi-
camentalem existimamus esse relationem secundum esse. Relationem v. Transcen-
dentalem secundum dici dummodo tamen divisio intelligatur de relatione reali
si n. loquimur de relatione in communi certum est non relationis rationis posse dici
relationis secundum esse quod tamen non sit praedicamentalis ut de se patet cum nullum
ens rationis locum habeat in praedicamento.
Huius tamen contrarium docent Alii existimantes relationem secundum dici
latius patere quam relationem transcendentalem, nam iustificator
affert relationem secundum dici quod tamen non est transcendentalis cum non in-
cludatur contrahitur in deo quod talis denominatur quod tamen petitur ad re-
lationem transcendentalem sed hoc nos quidem exigimus in relationibus
realibus non a. rationis, sed relationis transcendentalis nam ut melius intelligatur
Nota est dicere quidam quod differt a praedicamentali. 1a consistit
in hoc quod relatio transcendentalis sive secundum dici possit inveniri
inter ea quae tamen ratione distinguuntur. Praedicamentalis v. Relatio
sic petit duas res quae realiter distinguuntur ut v. g. rationali respicit
animal transcendentaliter ut complectam suam Metaphysicam et tamen sola
ratione haec duo distinguuntur inter se.
Differt 2o Transcendentalis a praedicamentali quod Transcendentalis
possit reperiri inter duo extrema quorum alterum actu non existat et tamen non sit
ens reale, sed n. relatio transcendentalis respiceri non existentia, negationes
et alia entia rationis, v. g. Conceptus repraesentans ens rationis dicit ordi-
nem transcendentalem ad illud et secundum de Rosa in hyeme respicit
rosam transcendentaliter quod tamen pro tunc non existit ut patet.
Differt 3. Relatio Trans. a Praed. quod multoties sit idem cum suo fundamento
vel ut alii dicunt quod multoties includatur in ipsa entitate rei ut
actio v. g. dicit respectum transcendentalem ad suum effectum ut terminum.

Et iste respectus ingreditur ipsam essentiam actionis, non enim potest actio sine hoc ordine concipi, haec tamen conditio non in omnibus eorum habet respectum subtili remoto ut patet.

4°. Differt a praedicamentali quod Relatio praedicamentalis respicit terminum ut pure terminum, transcendentalis non ut pure terminum. respicere terminum ut pure terminum nihil est aliud quam illum tali modo respicere ut nullum aliud munus exerceat circa illum nisi munus respiciendi sic pater ut pater tantum habet respicere filium ad relationem transcendentalis non habet se hoc modo sed praeter respectum exercet aliquod munus circa suum terminum vel aliquam essentialitatem, ut conceptus v. g. repraesentans horum dicit ordinem transcendentalem ad illum quia illum non pure respicit sed respicit illum repraesentando sic in subsultum non respicit pure suum obiectum sed passiones de illo demonstrando et haec est.

Dividuntur 4°. Relativa in Mutua et non mutua, Relativa mutua est quae ex utraque parte est realia et quae est eiusdem ordinis cum mutua dependentia ut Pater et filius Dominus et Servus. Relativa non mutua est illa, quae ex una parte est realia ex altera v. rationis neque est eiusdem ordinis ut relatio creatoris in Deo et Creaturae, Relatio Creaturae est realis, Creatoris v. rationis. Relativa Mutua iterum dividuntur in Relativa Aequiparantiae et Disquiparantiae. Relativa Aequiparantiae est illa quae respiciunt terminos eiusdem nominis ut simile aequale nam simile est simili simile et sic de aliis.

Disquiparantiae est quae respiciunt Terminos diversi nominis ut Dominus et Servus Pater et filius. Pater non est filius pater et non patris.

Ex his patere potest quam relativa spectent ad hoc praedicamentum illa scilicet quae est realia et non rationis, quae est mutua quia non mutua cum careant

Ratio reali fundatur ad hoc praedicamentum non spectant nisi forte
ratione fundamenti proximi quod quidquid est aliquid reali.
Item ad hoc praedicam. spectant Relativa Aequiparantia et Disquiparantia
non a. relativa transcendentalia.
Relatio quoque praedicam. definitur ita. Relatio praedicamentalis est accidens quoddam
reali cuius totum esse est ad aliud respicere. Quam definitionem colligimus
ex Arist. qui definivit relationem praedicam. in concreto hoc modo. Ad
aliquid sunt ea quae eadem est ei quod est ad aliquid aliquo modo se habere
Et quidem in plurali definivit quia relatio sic est inter duo neque in uno solo
potest exerceri relatio. definivit non in concreto quia relatio sic exercitur
referendo solum in ordine ad aliud.

DUBIUM OCTAVUM

An Relatio praedicamentalis distinguatur realiter a suo fundamento
Et a quo sumat specificationem et unitatem numericam
et An habeat unum supremum genus ?.

Sensus quaesiti est An relatio distinguatur realiter a subiecto cui proxime in-
haeret an tantum ratione v. g. similitudo ab albedine. Explicatio est.
Conclusio 1a Relatio praedicam. distinguitur realiter a suo fundamento sive subiecto.
Haec Conclusio est communis inter Thom. et plures. Illa dist. realiter quia unum potest
permanere pereunte altera sed fundamentum permanere potest pereunte relatione
quoque dist. realiter inter se. ma est communis non in sententia contrariorum quia impossibile
prorsus est quod aliquid sit sine eo quod est realiter idem cum illo, est n. et
non est. plures m. relatio Paternitatis quae est in Petro v. g. potest destrui et
perire manente Petro vel eius potentia generativa posita casu quod filius eius
moriatur, nisi non potest de novo relatio advenire subiecto cum fundamento iam
prius existenti quoque fundamentum potest permanere pereunte relatione et consequenter
distinguitur realiter inter se.

Sed dicunt Aliqui In casu relato pari quidem Paternitatem in Petro fundatur
non a. entitativa sed haec solutio nulla. De illa enim formalitate quaerit
quaerit quaerit an sit realis vel non, si est realis et in illa consistat relatio
